Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ijs uerbis sic acceptis & expositis, quia sui ante
cessores soluerunt, citans ad hoc L. penult.
Vbi Bartol: C. de instit: & substit: & per not:
Cyn: in L. sciendum C. de contrah: stipul: &
argo. c. quoniam Abbas. 14. in fin: extr: de
offici: & potest: Jud: deleg: Vbi Pontificis hæc
uerba. Nos sententiam illorum sicut est
iusta ratam & firmam habemus, non conditio
naliter si est iusta, sed causatiue quia iusta
est intelligunturq; per not: glos: ibi in fin: quam
etiam citat Bart: in d. L. cum qui. 5. §. Ju
lianus quoq; n. i. in fin. ff. de cons tut: pecun:
facit. c. Abbate. 5. extr de verb: signif:
Vbi uerba hæc (: Cum secundum approbatam
consuetudinem :) accipiuntur causatiue non
conditionaliter. Idem tenet Abb: in c. exa
minata. ad fin: de confirm: vtil: uel inutili:
& pulchre Alex: cons: 76. n. 5. Vers: circa
tertiam. Vbi hanc differentiam inter is ta
uerba relatiua, quando simpliciter se re
ferunt uel quando aliquid certo disponunt,
& postea referunt se ad alia, explicat, adij
cens hoc ultimo casu, scilicet si certa ex
pressio seu dispositio facta se postea refert
ad aliam dispositionem, licet prior in rela
ta dispositione non appareat, tamen id
quod prior dispositione siue præcedentibus
Verbis expressum est, firmitatem suam ob
tinere.

Inde